



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor purus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXXIX.

AMOR DEI,

Amor Purus.

Ma anima gloriam DEI, non solum ut bonum sibi,
sed etiam ut bonum DEI. Gaudet beatus in coc-
lesti gloria propria, sed in quantum est gloria DEI. Et
quanto plus gaudetur ea, tanquam gloria Dei, tanto plus
prestatur ea, tanquam propria. *Quia non sine premio
quodam, qui sine premio intuitu est diligendus,* ait S. Ber-
nardus. Non debemus amare Deum (sive premio): sed
quanto magis amatur Deus; & non pro premio, tanto
magis crescit premium.

O Amor pure! O Amor solitarie! Quanto magis es
solus, tanto magis associaris: quanto magis te spoli-
as, tanto magis ea vestiris: & quanto magis per-
spicimus in Deo, tanto magis ibi te reperis. Et hæc
est ratio, quare amans, quo magis exit à seipso, eo magis
appropinquat in Deum: & quo plus dat, eo plus recipit.
Nam Deus illi se magis communicat, qui purius, & sine
qualitate, se ipsi conjungit.

Ergo Deus ad amorem purum invitatur: vult amari,
sicut ipse nos amat. Amat sine usura, non suo com-
modo, sed nostro. Debet anima similiter amare
Deum propter Deum, & non propter id, quod sperat
à Deo: amare Deum pro Deo, non pro donis Dei.
Et cogitatio, ut is, qui est summum bonum, sit
ultimus finis amandi: ut amemus propter amorem,
non ut amemus, & non ob aliam finem amoris:
hoc solo contenti sumus, hoc sit loco omnis mer-
cedis. Ego vilissima creatura, amo
seruice Deo meo sine
premio.

C 3 CON-